2. De membro aut osse fracto & Talione.

Phavorinus, Nonnulla autem in iltis legibus nec consistere quidem (sicut dixi) visa sunt. Velut illa lex Talionis, cujus verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt, *Si membrum rupit* [Festus legit *rapserit* in voce Talionis] *meum, e pacto* (*ni cum eo pacit* [1]. Festus ita legit *d. loco*) *talio* [2] *esto*. Hæc Gellius 20. *c.* 1. purior est autem lectio Festi quam Gellii.

Pœna injuriarum ex lege XII. *Tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat*: propter os vero *fractum*, *nummariæ pœnæ erant constitutæ*, quasi in magna veterum paupertate: & post, sed pœna injuriæ, quæ ex lege XII. Tabularum introducta est, in desuetudinem abiit. Hæc Justinianus in §. 7. *Inst. de injuriis.*

3. De convitiis & famosis libellis.

Nostræ XII. Tabulæ, cum perpaucas res capite [3] sanxissent, in his quoque hanc sanciendam putaverunt. *Si quis adversus hæc* (legunt nonnulli *occentassit* [4]) *sive carmen* [5] *condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri*: hæc Cicero 4. *de Republica* apud Augustinum 2. *de civitate Dei* 9. Rævardus ita hanc legem restituit. Si quis occentassit, actitassit, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur, capite pœnas luito.

TIT. XXVI.

De extraordinariis criminibus.

1. De termino moto.

NUma [6] Pompilius statuit, eum *qui terminum exarassit & ipsum & boves ejus sacros esse*. Festus *in Terminno*.

Hanc legem ita restituit Josephus Scaliger, *Quei terminom exarassit, ipsus & boves sacrei sunto.*

2. De Prævaricatione Patroni adversus Clientem [7].

Servius ad illos versus Virgilii 6. *Æneidos* 609. 610. Hic, quibus invisi fratres, dum vita manebat, Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti. Ex lege, inquit, XII. Tabularum venit, in quibus scriptum est: *Patronus si clienti* [8] *fraudem fecerit, sacer esto*. Hæc ille.

3. De collegiis illicitis.

Duodecim tabulis cautum esse cognoscimus, *Ne quis in urbe cœtus nocturnos agitaret*: deinde lege Gabinia promulgatum, qui conciones ullas in urbe conflavisset, more majorum, capitali supplicio multaretur. de te itaque Catilina scisciter, tunc cœtus istos commilitonum tuorum *contra præcepta* XII. *Tabularum*, contra leges nostras, contra senatus ac plebis autoritatem, noctu cogendos esse putavisti? hæc Porcius Latro in declamatione adversus Catilinam.

TIT. XXVII.

De publicis judiciis.

1. De accusationibus.

INterfici *indemnatum* [9] *quemcunque hominem, etiam* XII. *Tabularum* decreta vetuerunt. Hæc Salvianus episcopus Massiliensis 8. de judicio & providentia.

2. De Majestatis crimine.

Lex XII. *Tabularum jubet eum, qui hostem concitaverit, quive civem hosti* [10] *tradiderit, capite puniri.* Marcianus *in lege* 3. *ff. ad legem Juliam majestatis.*

3. De adulteriis.

Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui majorum [11] more *de communi* [12] *sententia coërcerent* [13], *Tiberius auctor fuit.* Suetonius *in Tiberio cap.* 35.

4. In adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare.

In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necaves: illa te (*si adulteraves*) *digito non auderet contingere, neque jus est.* Cato *in oratione de dote* apud 10. Gell. 23.

5. De pellice.

Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes non solum fœminis, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant, quæ uxorem habenti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est a Numa [14] Pompilio hac lege. *Pellex aram Junonis ne tangito: si tanget, Junoni crinibus demissis agnum feminam cædito.* Hæc Festus *in voce Pellices*, & Gellius 4. *c.* 3. *in fin.*

6. De sicariis.

Id autem fuisse indicat lex [15] Numæ [16] Pompilii regis, his composita verbis: *Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto.* Festus in Parricida. *Sei imprudens se* [17] *dolo malo occisit pro capite occisei, & nateis ejus in concione arietem subicito* [18]: Josephus Scaliger apud Festum *in Subici*, hanc postremam partem ita restituit ex schediis Servianis.

7. De Parricidio.

Plorare, flere, inclamare, idem significat & cum præpositione implorare, est invocare, at apud antiquos plane inclamare. in Regis Romuli & Latii (lege Tatii & Servii Tullii) legibus, *Si parentes, puer verberit*, ast *olle* (*lege olce*) *plorassit* [19] (*lege plorassint*) *parentes puer diveis parentum sacer* [20] *esto. Si nurus, sacra divis parentum esto.* Hæc Festus *in Plorare*, apud quem tamen quæ pars hujus legis de nuru loquitur, ordine præcedit anteriorem. Præstat autem eam legem ita restituti, judicio Josephi Scaligeri.

8. De veneficiis.

Cajus *lib.* 4. ad legem XII. Tabularum, *Qui venenum* [21], *inquit, dicit, adjicere debet utrum malum an bonum* &c. *l.* 236. *ff.* de verbor. signific.

9. De falsis.

An putas Phavorine, *si non illa etiam ex* XII. *Tabulis, de testimoniis falsis pœna aboleviſſet: & si nunc quoque, ut antea qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio* [22] *dejiceretur, mentitum fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus?* Hæc Gellius 20. *c.* 1. *in fin.*

10. De maleficiis.

Quid? non & legum ipsarum in XII. [23] Tabulis verba sunt? *Qui fruges excantassit* [24]: & alibi, *qui malum carmen incantassit.* Hæc Plin. 28. *c.* 2.

Servius in Eclog. 8. Virgilii, *Atque satas alio vidi traducere messes.* Magicis, inquit, quibusdam artibus hæc fiebant. unde est in XII. Tabulis, *Neve alienam jegetem pellexeris.* Hæc ille.

Hæc pestifera sceleratæque doctrina, *Fructus alieni in alias terras transferri prohibentur*, nonne in XII. Tabulis, id est, Romanorum, antiquissimis legibus Cicero commemorat esse conscriptum, & ei qui hoc fecerit supplicium constitutum? Hæc Augustinus 8. *de civitate Dei* 19.

Et apud nos in XII. Tabulis cavetur, *ne quis alienos fructus excantassit.* Rudis adhuc antiquitas credebat, *& attrahi imbres cantibus & repelli* [25]: quorum nihil posse fieri, tam palam est, ut hujus rei causa nullius Philosophi schola intranda sit. Hæc Seneca 4. *Naturalium* 7. *in fin.* Tibullus 9. Cantus vicinis fruges traducit ab agris.

11. De lege Julia repetundarum, & corrupto judice.

De Judice qui ob rem dicendam pecuniam acceperit, dixi supr. ad Titul. de judiciis.

12. De falsis vindiciis.

Dixi supr. ad Titulum de possessionibus & interdictis.

TIT. XXVIII.

De pœnis.

DE capite civis nisi per maximum comitiatum ne ferunto. Cicero 3. *de legibus.*

TIT. XXIX.

De captivis.

Sanates dicti sunt, qui supra infraque Romam habitaverunt, quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi sanata mente. Itaque in XII. cautum est, *Ut* [26] *idem* [27] *juris esset sanatibus, quod fortibus* (quidam legunt *fortibus*) id est bonis, & qui nunquam defecerunt a populo Romano. Festus *in Sanates.*

1 Ab antiquo paco, quod est pacisci. vide *Festum* in voce *Pacionem.* 2 Talionem Imperatores dixere reciproci ponnan in *l.* 3. *C. Theod. de exhib. reis*: reciproces pœnæ interitus *l.* 7. *C. Theod. de accusat.* Tertull. 2. *adversus Marcionem.* Timor talionis per eundem saporem pallionis. Nihil amarius, quam id ipsum pati quod feceris aliis. de Talionis pœna & exemplis dixi multis locis. *Nov.* 60. *c.* 1. *Novell.* 115. *c.* 3. §. 13. *Novell.* 134. *c.* 11. *Nov. Leonis* 60. Lex Talionis justa fit nec; vide apud 20. Gell. 1. 3 Legibus 12. Tab. capitale fuit, convicium, carmenve in alterius injuriam fiacere. Secuta est alia pœna, fustuaria fil. Horat. *epist. ad Augustum*, *Quis etiam lex, Punaque lata mali quæ vulcre carmine quemquam Describi, vertere modum formidine fustis, Ad benedicendum delectabile malumque redacti*; adde Cornutum *in Persium*. Tertia successit pœna infamiæ, de qua vid. *l.* 6. §. 9. 8. 10. *ff. de injur.* hodie pœna famosi libelli, capitalis. *l.un. C. de fam. libell.* 4 *Occentassit* antiqui dicebant quod nunc *convicium facerint* dicimus &c. Festus *in occentassit.* & hoc quidem verbo maledictum & convitium prohibetur. Paul. 5 *sent.* 4. §. 18. 5 Platerium; cantilenam. Paul. 5 *sent.* 4. §. 15 famosos libellos §. 16. librum *l.* 5. §. 9. *ff. de injur.* ὑπόμνηματα *d. l.* 5. §. 10. Famosum carmen quod legitimo §. XII. Tabul. Carmen malum, quo fama alterius coinquinatur & vita. Arnob. 4. *contra gentes.* Horat. 2. Satyr. 1. *si malo candiderit, in quem quis carmina, jus est judicumque.* Carmen ad alterius injuriam conditum. Cic. 4. *Tuscul.*

6 Constat hanc legem non esse XII. Tabul. sed Numæ. 7 Advocatus non proprie prævaricator dicitur, si tamen prævaricatus sit, id est, si prodiderit causam, extra ordinem potest puniri. *l.* 1. *in fin. ff. de prævaricatione.* 8 De clientibus & fusceptis dixi ad *l.* 23. *ff. de testibus*: *l.* 132. *ff. de verbor. obligat. l.* 6. 5. *C. de his qui ad Ecclesias.* Cato apud Gellium 5. *cap.* 13. majores, inquit, sanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere, adversus cognatos pro cliente tellatur. testimonium adversus clientem nemo dicit. Patrem, primum, poftea patronum proximum nomen habere. Massurius autem Sabinus *libro* 3. *juris civilis*, antiquiorem locum tribuit hospiti, quam clienti. Verba ex eo libro hæc sunt: In officiis apud majores ita observatum est, primum tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini. de qua causa fœminæ viris potiores sunt habitæ, pupillarisque tutelæ muliebri præsta: etiam adversus quem assiduient eius filii successores relicti, in eadem causa pupillo aderant. & post, C. Cæsar in oratione quam pro Bithyniis dixit, Neque clientes, inquit, sine summa infamia deseri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre indituimus. Idem Gell. 20. *c.* 1. Clientem in fidem acceptum chariorem habeti, quam propinquos, tuendumque contra cognatos censuit. Neque pejus ullum facinus æstimatum est, quam si quis proberetur clientem deisui habuisse &c. addendus Servius ad illa verba Virgilii, *& fraus innexa clienti.* Plautus *in Menechm.*

9 Id est, inauditum. dixi ad de read *l.* 2. *ff. ad l. Corneliam de sicariis.* 10 Cajus *lib.* 2. *ad leg.* 12. *Tabul.* quos non hostes appellamus, eos veteres perduellis appellabant, per eum adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset. *l.* 234. *ff. de verb. signific.* 11 Id lege Romuli constitutum fuisse testatur *Dionysius Halicarnassæus* 2. 12 Id est, mariti & cognatorum, Halicarn. *ibid.* 13 *Sanates* quod quidam necare intelligunt, sed Gellius mulierem non necare dixit. 14 Lex Numæ. 15 Hinc referenda lex horrendi carminis quæ apud Livium 1. Duumviri perduellionem judicent. 16 Lex Numæ. Certum est ea de re aliquid sanctum fuisse in 12. Tabulis Justinianus §. 5. *Institut. de publicis judiciis.* Lex, inquit, Cornelia de sicariis quæ homicidas utcore ferro prosequitur: vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. Telum autem, ut Cajus noster ex interpretatione 12. Tabul. reliquit &c. 17 Id est, fine. Festus *in fed.* 18 Subici aries dicitur, quem quis agit, ut pro se cædatur. *Fœtus*, in subiicere. 19 Parens, qui a filio vim patiebatur, parentes plorabat, hoc est, inclamabat, & divis parentum fidem erat filius, hoc eſt, ejus facinus conclamatis parentibus divis parentum fic devovebatur, ut filius a quovis fine fraude posset occidi, & qui eum occidisset, parricidii non damnaretur: Rævardus ita hunc locum interpretatur. 20 Id est, in parentum sacra ac potestatem revertitur, vide Cujac. *ad titul. de ingrid. liber. C.* ubi dixi. 21 Vid. *l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Cornelium de sicariis.* 22 Dixi ad *l.* 25. *ff. de pœnis.* 23 Plinius 30. *c.* Eſt & alia magices factio. *& post*, Exstant & apud Italas gentes vestigia ejus in 12. Tabulis nostris. Hæc ille. 24 Seneca 4. *natural.* 7. *in fin.* Et apud nos in 12 Tabulis cavetur, *Ne pacti alienos fructus excantassit.* 25 Huic postremo hominum generi leges ignoscunt. Constantinus, Nullis criminationibus implicitum fuit remedia humanæ quæstæ reporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quæterentur. *l.* 4. *C. de maleficis.*

26 Josephus Scaliger apud Festum *in Sanates* ita restituit, Nexo solutoque, forti fanatique idem jus esto, id est, bono Romano idem & peregrino qui inferiore loco est. Hæc ille. Alias de sanatibus populis opiniones, vide apud eundem *dicto loco.* 27 Hæc particula movit me, ut hoc caput referrem ad Titulum de captivis, quod vix improbabunt, qui huic loco contulerint legem 7. *ff. de captivis.*

Finis legum XII. Tabularum.

TITULI

TITULI EX CORPORE ULPIANI.

TIT. I.

DE LEGIBUS [1] ET MORIBUS [2], ET LIBERTIS.

§. 1.

IMperfecta lex est veluti Cincia [3], quæ supra certum modum donari prohibet, exceptis quibusdam cognatis: & si plus donatum fit, non [4] rescindit. §. 2. Minus quam perfecta lex est, quæ vetat aliquid fieri: &, si factum sit, non rescindit: sed pœnam injungit ei qui contra legem fecit, qualis est lex Furia [5] testamentaria, quæ plus quam mille æssium legatum, mortisve causa prohibet capere: præter exceptas personas: & adversus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam constituit. §. 3. Lex aut [6] rogatur, id est, fertur: aut abrogatur, id est, prior lex tollitur: aut derogatur, id est, pars primæ tollitur: aut subrogatur, id est, adjicitur aliquid primæ legi: aut abrogatur, id est, mutatur aliquid ex prima lege. §. 4. Mores [7] sunt tacitus [8] consensus populi, longa [9] consuetudine inveteratus. §. 5. Libertorum genera sunt tria [10], Cives [11] Romani, Latini [12] Juniani, Dedititiorum [13] numero. §. 6. Cives Romani sunt liberti qui vindicta [14], censu [15], aut testamento [16], nullo jure impediente manumissi sunt. §. 7. Vindicta [17] manumittuntur apud magistratum, velut Prætorem [18], Consulem [19], Proconsulem [20]. §. 8. Censu manumittebantur olim, qui lustrali [21] censu Romæ jussu dominorum, inter cives Romanos censum [22] profitebantur.

§. 9. Ut testamento [23] manumissi liberi sint, lex duodecim Tabularum fecit, quæ confirmat, quod datum [24] legatum est. §. 10. Hodie autem ipso jure liberi sunt ex lege Junia [25], qua lege Latini [26] sunt nominati, inter amicos [27] manumissi. §. 11. Deditiorum [28] numero sunt, qui pœnæ [29] causa vincti sunt a domino [30]: quibus vestigia [31] scripta fuerunt: qui propter noxam torti nocentesque [32] inventi sunt: quive traditi sunt, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent: vel in custodiam [33] conjecti [34] fuerunt: deinde quoquo modo manumissi sunt: idque lex Ælia [35] Sentia facit.

§. 12. Eadem lege [36] cautum est, ut minor triginta annorum servus [37] vindicta manumissus, civis Romanus non fiat, nisi apud consilium caussa probata fuerit: ideo sine consilio manumissum servum manere putat. Testamento vero manumissum perinde habere jubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit. §. 13. Eadem lex eum [38] dominum qui minor viginti annorum est, prohibet servum manumittere, præterquam si caussam apud consilium probaverit. In consilium [39] autem adhibentur [40] Romæ quinque Senatores [41], & quinque Equites Romani, in provincia [42] viginti Recuperatores [43], cives Romani. §. 14. Ab eo domino, qui [44] solvendo non est, servus testamento liber esse jussus, & heres institutus, etsi [45] minor sit triginta annis, vel in ea causa sit, ut dedititius fieri debeat, civis Romanus & heres fit; si [46] tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. Quod si duo pluresve liberi heredesque esse jussi sunt, primo [47] loco scriptus liber & heres sit. Quod & ipsum lex Ælia Sentia facit.

§. 15. Eadem lex in [48] fraudem creditoris & patroni manumittere prohibet. §. 16. Qui tantum in bonis [49], non etiam ex jure [50] Quiritum servum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis [51] tantum alicujus servus est, velut hoc modo, Si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus [52] ei, neque in jure cessus [53], neque ab ipso anno [54] possessus sit. Nam quandiu [55] horum quid fiat, is servus in bonis quidem emptoris est, ex jure Quiritum autem venditoris est.

§. 17. Mulier [56], quæ in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere non possunt. §. 18. Communem servum unus ex dominis manumittendo, partem suam amittit: eaque adcrescit [57] socio, maxime si eo modo manumiserit, quo, si proprium haberet, civem Romanum factorus esset. Nam si inter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum nihil egisse. §. 19. Servus, in quo alterius est ususfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus, liber non [58] fit, sed servus sine domino est. §. 20. Post mortem heredis [59], aut ante [60] institutionem heredis testamento libertas dari non [61] potest, excepto testamento militis. §. 21. Inter medias heredum institutiones libertas data, utrisque adeuntibus non [62] valet: solo autem priore adeunte, jure antiquo valet. Sed post legem Papiam Poppeam, quæ partem non adeuntis caducam facit, si quidem primus heres vel jus antiquum habeat, valere eam posse placuit: quod si non habeat, non valere constat, quod loco non adeuntis, legatarii [63] partis heredes fiant. Sunt tamen qui & hoc casu valere eam posse dicunt. §. 22. Qui testamento liber esse jussus est, mox [64] quam unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. §. 23. Justa libertas testamento potest dari his servis, qui testamenti [65] faciendi, & mortis [66] tempore, ex jure Quiritum testatoris fuerunt. §. 24. Lex Furia [67] Caninia jubet testamento ex [68] tribus servis non plures quam duos manumitti: & usque ad decem, dimidiam partem manumittere concedit: a decimo usque ad triginta, tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, æque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem, æque ut decem ex priori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos, partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi. Eademque præcipit, ne [69] plures omnino quam centum, ex cujusquam testamento liberi fiant. §. 25. Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim [70] dentur.

1 Dixi ad *lib.* 1. *C.* 14. 2 Vide *L.* 8. *C.* 53. 3 De qua dixi ad *l.* 25. *Cod. de donat. Et ad l.* 5. *Cod. de legib.* fit etiam ejus mentio in lege 4. *C. Theodof. de donat.* Plautus *in Aulularia* munerulem appellat apud Festum. 4 Macrobius *in Somnium*, inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna sancitur. 5 De qua dixi ad *l.* 1. *ff. ad l. Falcid.* 6 Dixi ad *l.* 102. *ff. de verbor. signif.* 7 §. 9. *Instit. de jure naturali.* 8 *l.* 32. *in fin. lib.* 1, *tacito consensu.* *l.* 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. *ff. de legibus*, sine scripto *d.* §. 9. non suffragio, sed rebus ipsis & factis declaratus. *d. l.* 33. vid. *tit. Cod. quæ sit longa consuetudo.* 9 *d. l.* 35. Inveterata *d. l.* 3 §. 1. diuturna *d. l.* 34. 10 Cujus 1. *Instit.* 1. *vers. libertorum.* Libertorum status tripartitus §. 3. *Inst. de libertinis.* 11 Cives autem Romani sunt tribus modis. *infr. sed.* §. 6. Cujus. 1. *Inst.* 2. 12 §. 10. *J. eod.* 13 §. 11. *infr. sed.* 14 Vid. §. 7. 15 Vid. §. 8. *inf.* 16 Vid. §. 9. *J.* 17 §. 1. *Instit. de libertinis.* Tribunal non exigit hæc manumissio 1. 7. *ff. de manumiss. vindict.* sitque hodie per tutorem verbosque folennis, licet non dicantur. ex dicta recipiuntur *l.* 23. *ff. d. tit.* Porro, Theophilus id genus manumissionis ex eo dictum putat, vel quod eo vindicaretur mancipium in naturalem libertatem, (& male. Nam ii ita effecti sunt cives vel testamento manumittentur, vindicta quoque manumitti dicerutur) vel a Vindice quodam, qui, cum servus esset, erupturam adversus Romanos conjurationem indicio suo præfecit, publicoque a Romanis manumissus est, & in honorem ejus, quicumque apud magistratum manumittebatur, vindicta manumitti dicebatur, Theophil. ἐπὶ τοῦ βίου τοῦ Ἰουστ. de libert. Conjurationis a Vindice detectæ meminit quidem Livius 2. Eft velam verisimile, vindicta manumissionem dici, quod litor. *l.* 8. *l.* 23. *ff. de manumiss. vindict.* virgulam servo manumittendo imponeret. Perlius, *Vindicta postquam meum a preture recessit*, & post, *Non in fescua litter quam gestat inani.* Virgulam, inquam, quæ vindicta diceretur. Bolt. *in Topic.* Plutarchus *de fera numinis vindicta* τῆς Θεοῦ δίκης appellat, hinc vindictam imponere *l.* 24. *in fin. ff. de manumissionibus.* *l.* 12. §. 2. *ff. de liberali. causa.* *l.* 19. §. 4. *ff. de castrensi peculio.* *l.* 2. *C. si adversus libertat.* 18 *l.* 1. *l.* 8. *ff. de manumiss. vindicta* *l.* 4. *C. de vindicta manumiss.* *l.* 1. *C. de off. prætor.* *l.* 1. *ff. de off. præt.* 19 *d. l.* 4. *l.* 8. §. 2. *ff. de off. consul.* *l.* 20. *in fin. ff. de manumiss. vindict.* 20 *l.* 2. *ff. de off. proconsul.* *l.* 17. *ff. de manumiss. vindictæ*: & ita legendum est *lege* 4. non *præsides*. An & apud alios? utique apud magistratus civitatum, nisi ipse ædituarius manumissionem confiteatur (tunc enim servus fiebat liber. *l.* 2. *ff. de manum. vindictæ*) aut si proprietarius proprietatem servi ipsi ususfructuario reliquisse cum libertate. *l.* 6. *ff. de manum. test.* Hodie manumissus a proprietario ususfructus jubet affirmatione. *l.* 1. §. 2. *C. de communis serv.* 59 Quia nihil ab hereditate relinqui potest. Paul. 3. *sent.* 6. §. 2. & hæc prima ratio dubitandi fuit Octavio Labeoni. & hæc fuit secunda ratio dubitandi veteribus. 61 Hodie hoc abrogatum est. §. 34. *Inst. de legat.* Cur ita? Incivile eft scripturæ ordinem sequi, testatoris autem voluntatem spectari. §. 34. 62 Hodie valet. *d.* §. 34. *in fin.* 63 Partesti ærario heredes fiut. Cujacius ita hunc locum restituit. Moverim. Quod præfectorum ærario fuerit, bona, quæ fisco defertabantur, ipsemet vel agent. Cere. *l.* 4. §. 20. *ff. de fideicom. libert.* *l.* 15. *ff. de jure fisci.* 64 *l.* 23. *l.* 24. *l.* 68. *ff. de manumiss. test.* am. 65 Vid. *d.* §. 18. 22. §. 1. *Instit. eod.* 66 Vel intra tempus adriuum. ni cum defuncti videntur fuiſſe. 67 Fulia, vide Paul. 4. *sent.* 14. *ad l. Fal. Can.* 68 De numero fervorum testamento manumittendorum Cujum 2. adde §. 7. *Institut. quibus ex caus. manumitt.* 69 Cajus *d. loc.* Paul. *d. loc.* Vopiscus *in Tacito.* Servius manumissit intra centum tamen, ne Caninius tranfire videretur. Quid juris, si supra Rattum numerum, manumissi fuiſſent? receptum eos liberari, qui primo loco eſt scripti fuiſſent. *l.* 83. *in fin. ff. de hered. instituend.* Cujac. *d. loc.* §. 2. Quid si in orbeid eft permixte scripti? omnium impediebant libertas. *l.* 42. 43. *ff. d. tit.* nulli erant liberi. Cajus *d. loc.* §. 3. Quid si codicillis quibusdam libertates date? jus codicilli, justus, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo: evidenter circumstatus eſt. vid. *l.* 24. *ff. de manum. testam.* Paul. 4. *sent. tit.* §. 1. §. 25. *in fin. Instit. de legi.*

in fin. ff. de manumiss. testam. 35 §. 3. *Inst. de libert.* 36 Sentia §. 11. *in fin. supr. eod.* 37 Ita etiam manumittitur, cum ad statutam ætatem perveneris. *l. ult. ff. de rebus dubiis.* id eſt, Cum fervus erit 30. annorum, liber eſto. *l.* 39. §. 2. *ff. familiæ herciscundæ.* *l.* 4. *ff. de manumiss. testament.* *l.* 13. §. 5. *ff. de ſtatuliberis.* 38 §. 2. *Inſtit. quibus ex caus. manumitti.* 39 Theophilus *Inſtitut. quibus ex cauſ manumitt.* Conſilium definivit συνέδριον ſeu conſeſſum ſpectabilium virorum ſtatis diebus conſultum. Conſilium autem hic intelligo, Prætoris, Romæ: Præſidium, & proconſulis in provinciis, Theophilus *dicto loco.* 40 A Prætore fellicet. 41 Si ita eſt, turpe non fuit, ſenatorem Prætori aſſidere. 42 A Præſidibus ſcilicet & proconſulibus. 43 Eo dicti quod per eos quisque dehtum, id eſt, jus ſuum reciperet. Hi adſidebant Præſidi aut Prætori ſedenti pro tribunali in provincia. 44 §. 1. *Inſtitut. quib. ex cauſ. manumitt.* Cujus 1. *Inſtitut* 45 Ratio ſubitandi fumitur ex §. 12. *jupr. eodem.* 46 §. 1. *Inſtitut. quibus ex cauſ. manumitt.* id autem ſpecies eſt ignominiæ. *l.* 26. *ff. de fideicommiſſ. libert.* quo de ſcripture intelligitur. *l.* 24. §. 17. *ff. de fideicommiſſ. libert.* 47 Or. §. 6. *Inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. in princ.* & §. 3. adde *tit. ff. qui & a quibus manumiſſi liberi non ſunt* & ad *l. Ælium Sentium.* 48 Cujus 1. *Inſtit.* 49 Qui ſervum ita habet Bonitarius a cipatum, aut cellione in jure acciit, aut necdum utrcepit, id in bonis non habet: ſed jure Quiritum tantum. 51 Duplex dominium. Naturale quod in bonis ejus dominus, Civile *jure eodem.* Legitimum, cum jure Quiritum, cujus dominus, Jure Quiritario. *ut inc.* Qui utrumque habet dominium, pleno jure dominus. 52 Mancipatio ut fieret, vide *tit.* 19. §. 3. *infr.* 53 Cellio in jure ut fiat, vide *tit.* 19. §. 9. & 10. *infr.* 54 Quemadmodum quo dominus fieret ulucapione, vide *tit.* 19. §. 8. *infr.* 55 Theophilus *dicto loco de libert.* 56 Nil tutoris autoritate, quia, line tutoris autoritate ſi jus habebat liberorum, vide fragmentum juris veteris evulgatum a Pithœo. de fœminarum tutela dixi ad leges duodecim Tabularum *libro* 2. 57 Hodie non adcrefcit, & ita hic loces, ut & alibi Paul 4. *ſent.* 12. §. 1. abrogatur §. *pen. Inſt. de donat. Et l.* 1. & 2. *C. de communi ſervo.* 58 Veteri jure, proprietarius ſervum manumittendo, dominium amittebat; interim tamen dum uſusfructus duraret, ſtatus manumiſſi erat in pendenti. *l.* 9. *in fin. ff. de jure fiſci.* nil ipſe ædituarius manumiſſioni conſentiret (tunc enim ſervus fiebat liber. *l.* 2. *ff. de manum. vindictæ*) aut ſi proprietarius proprietatem ſervi ipſi uſufructuario reliquiſſet cum libertate. *l.* 6. *ff. de manum. teſt.* Hodie manumiſſus a proprietario uſufructus jubet affirmatione. *l.* 1. §. 2. *C. de communis ſervo.* 59 Quia nihil ab hereditate relinqui poteſt. Paul. 3. *ſent.* 6. §. 2. & hæc prima ratio dubitandi fuit Octavio Labeoni. & hæc fuit ſecunda ratio dubitandi veteribus. 61 Hodie hoc abrogatum eſt. §. 34. *Inſt. de legat.* Cur ita? Incivile eſt ſcripturæ ordinem ſequi, teſtatoris autem voluntatem ſpectari. §. 34. 62 Hodie valet. *d.* §. 34. *in fin.* 63 Partesti ærario heredes fiut. Cujacius ita hunc locum reſtituit. Moverim. Quod præfectorum ærario fuerit, bona, quæ fiſco defertabantur, ipsemet vel agent. Cere. *l.* 4. §. 20. *ff. de fideicom. libert.* *l.* 15. *ff. de jure fiſci.* 64 *l.* 23. *l.* 24. *l.* 68. *ff. de manumiſſ. teſt.* am. 65 Vid. *d.* §. 18. 22. §. 1. *Inſtit. eod.* 66 Vel intra tempus adriuum. ni cum defuncti videntur fuiſſe. 67 Fulia, vide Paul. 4. *ſent.* 14. *ad l. Fal. Can.* 68 De numero fervorum teſtamento manumittendorum Cujum 2. adde §. 7. *Inſtitut. quibus ex cauſ. manumitt.* 69 Cajus *d. loc.* Paul. *d. loc.* Vopiſcus *in Tacito.* Servius manumiſſit intra centum tamen, ne Caninius tranſire videretur. Quid juris, ſi ſupra Rattum numerum, manumiſſi fuiſſent? receptum eos liberari, qui primo loco eſt ſcripti fuiſſent. *l.* 83. *in fin. ff. de hered. inſtituend.* Cujac. *d. loc.* §. 2. Quid ſi in orbeid eſt permixte ſcripti? omnium impediebant libertas. *l.* 42. 43. *ff. d. tit.* nulli erant liberi. Cajus *d. loc.* §. 3. Quid ſi codicillis quibusdam libertates date? jus codicilli, juſtus, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo: evidenter circumſtatus eſt. vid. *l.* 24. *ff. de manum. teſtam.* Paul. 4. *ſent. tit.* §. 1. §. 25. *in fin. Inſt. de legi.*

TIT. II.
DE STATULIBERIS [1].

§. 1. QUi ſub conditione teſtamento liber eſſe juſſus eſt, ſtatuliber appellatur [2]. §. 2. Statuliber, quandiu [3] pendet conditio, ſervus heredis eſt. §. 3. Statuliber ſeu alienetur ab herede, ſive ſuſcipiatur ab aliquo: libertatis conditionem ſecum [4] trahit. §. 4. Sub hac conditione liber eſſe juſſus, ſi decem millia heredi dederit, & ſi ab herede abalienatus ſit, emptori [5] dando pecuniam, ad libertatem perveniet: idque lex XII. Tabularum jubet. §. 5. Si per [6] heredem [7] factum ſit, quo minus ſtatuliber conditioni pareat, perinde fit liber, atque ſi conditio expleta fuiſſet. §. 6. Extraneo [8] pecuniam dare juſſus & liber eſſe, ſi paratus ſit dare, & is qui juſſus eſt dare, aut nollet accipere, aut antequam accepit moriatur, perinde fit liber, ac ſi pecuniam dediſſet. §. 7. Libertas & directo [9] poteſt dari hoc modo, *Liber eſto*, *Liber ſit*, *Liberum eſſe jubeo* [10]: & per [11] fideicommiſſum, ut puta, *Rogo* [12], *fidei committo heredis mei*, *ut Stichum ſervum manumittat*. §. 8. Is qui directo liber eſſe juſſus eſt, horcinus [13] fit libertus. Is autem, cui per fideicommiſſum data eſt libertas, non teſtatoris, ſed [14] manumiſſoris fit libertus.

§. 9. Cujus fidei committi poteſt ad rem aliquam [15] præſtandam, ejuſdem etiam [16] libertas fidei committi poteſt. §. 10. Per fideicommiſſum libertas dari poteſt tam proprio ſervo teſtatoris, quam heredis, aut legatarii, vel cuilibet extranei [17] ſervo. §. 11. Alieno ſervo per fideicommiſſum data libertate, ſi dominus eum juſto pretio non vendat, extinguitur [18] libertas. quoniam nec pretii computatio [19] pro libertate fieri poteſt. §. 12. Libertas ſicut dari, ita & adimi [20] tam teſtamento, quam codicillis teſtamento confirmatis poteſt: ut tamen eodem [21] modo adimatur, quo & data eſt.

TIT. III.
DE LATINIS [22].

§. 1. LAtini jus Quiritum [23] conſequuntur his modis, beneficio [24] principali, liberis [25], iteratione [26], militia [27], nave [28], ædificio, piſtrino: præterea ex Senatusconſulto, veluti quæ ſit ter enixa. §. 2. Beneficio [29] principali Latinus civitatem Romanam accipit, ſi ab imperatore jus Quiritum impetravit.

§. 3. Liberis jus Quiritum conſequitur Latinus, qui minor [30] triginta annorum manumiſſionis tempore fuit. Nam lege Junia cautum eſt, ut ſi civem Romanam, vel Latinam uxorem duxerit teſtatione interpoſita, quod liberorum [31] quærendorum cauſſa uxorem duxerit, poſtea filio filiave nato natave, & anniculo facto, poſſit apud Prætorem vel Præſidem provinciæ cauſſam probare, & fieri civem Romanum tam ipſe, quam filius filiave ejus & uxor, ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit. nam ſi [32] uxor civis Romana ſit, partus quoque civis Romanus eſt, ex ſenatusconſulto, quod auctore Divo Adriano factum eſt. §. 4. Iteratione [33] fit civis Romanus, qui poſt Latinitatem, quam acceperat, major triginta annorum, iterum [34] juſte manumiſſus eſt ab eo, cujus ex jure Quiritum ſervus fuit. Sed huic conceſſum eſt ex ſenatusconſulto, etiam liberis [35] jus Quiritum conſequi. §. 5. Militiam Quiritum accipit Latinus, ſi inter vigiles [36] Romæ ſex annis militaverit, ex lege Viſellia [37]. Præterea [38] ex ſenatusconſulto conceſſum eſt ei, ut ſi triennio inter vigiles militaverit, jus Quiritum conſequatur. §. 6. Nave [39] Latinus civitatem Romanam accipit, ſi non [40] minorem quam decem millia modiorum navem fabricaverit, & Romam ſex annis frumentum portaverit, ex edicto Divi [41] Claudii.

* [42] * *

TIT. IV.
DE [43] HIS QUI SUI JURIS SUNT.

§. 1. SUi juris ſunt familiarum ſuarum principes [44], id eſt, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ [45]. §. 3. Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt [46], ſpurii appellantur.

TIT. V.
DE HIS QUI IN POTESTATE SUNT.

§. 1. IN poteſtate ſunt liberi parentum ex [47] juſto matrimonio nati. §. 2. Juſtum [48] matrimonium eſt, ſi inter eos [49], qui nuptias contrahunt, connubium [50] ſit, & tam maſculus pubes quam fœmina potens [51] ſit, & utrique conſentiant [52], ſi ſui juris ſunt, aut etiam parentes eorum, ſi in poteſtate ſunt.

§. 3. Connubium [53] eſt uxoris jure ducendæ facultas. §. 4. Connubium habent cives [54] Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis, ita ſi [55] conceſſum. §. 5. Cum [56] ſervis nullum eſt connubium [57]. §. 6. Inter [58] parentes & liberos infinite cujuſcunque gradus connubium non eſt. Inter cognatos autem ex tranſverſo gradu, olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio [59] gradu licet uxorem ducere. Si [60] tamen fratris filia, [non etiam ſororis filia,] aut amita, vel matertera, quamvis eodem gradu ſit: eademque uxore: noverca, vel privigna, vel nurus, vel ſocrus noſtra fuit, ducere non poſſumus. §. 7. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, inceſtum [61] matrimonium contrahit: ideoque liberi in poteſtate ejus non fiunt, ſed quaſi [62] vulgo concepti, ſpurii ſunt. §. 8. Connubio [63] interveniente, liberi ſemper patrem [64] ſequuntur: non interveniente connubio, matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino & cive Romana, peregrinus naſcitur: quoniam lex Menſia ex alterutro peregrino [65] natum deterioris parentis conditionem ſequi jubet.

1 Dixi ad *L.* 40. *ff.* 7. 2 Dixi ad *l.* 1. *ff. eodem.* 3 *l.* 9. *ff. eodem.*
4 Statuliber vendi poteſt. *l.* 30. *ff. eod.* non tamen duris conditionibus in venditione onerandus eſt. *l.* 25. *ff. eod.* ne pacto heredis ejus conditio fiat durior. *l.* 33. *ff. eod.* ideoque nec alienatio, nec uſucapio ei nocebit, quominus exiſtente conditione libertatem conſequatur. *l.* 13. *C. de teſtam. manum.* Quid ſi legatus fuit? cum ſua cauſa alienabitur. *l.* 45. *in fin. ff. de fideicomm. lib.* 5 Aut ſimilibus ſucceſſoribus. *l.* 27. *in fin. ff. eod.*
6 *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* 7 Aut heredis tutorem & curatorem. *l.* 3. §. 10. *ff. eod.*
8 Cuivis denique. *d.* §. 10. 9 *l.* 43. *ff. de manumiſſ. teſt.* Directo manumittitur, qui a nullo quam a teſtatore manumittitur. §. 2. *Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict.* 10 Jubeo, eſt verbum directum. 11 *l.* 16. *ff. de fideicomm. libert.* Quibus verbis fideicommittatur, vid. §. *ult. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicomm. relict.* Paul. 4. *ſentent.* 1. §. 6. 12 Rogo & fideicommitto verbum obliquum.
13 Orcinus §. 2. *Inſtit. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict.* *l.* 3. §. 3. *ff. de legitim. tutorib. l. un.* §. 7. *in fin. C. de Latina libert. tollend.* χαρωνιανὸς Theoph. *ibid.* id eſt, Charontis ſeu nullius. *l.* 4. *ff. de bon. libert.* familiæ *l.* 48. *ff. de manumiſſ. teſtam.* Ea forma dici Cujacius putat, qua a Plutarcho in M. Antonio Charonitæ. Idem exiſtimat, dici non male Horcinum. nam & Horcum quidam dixere, τὸ ὅρκ@-. 14 §. 2. *Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* 15 Puta pecuniam. 16 Ex hoc loco, puto initium legis 24. *ff. de fideicomm. libert.* paſſive legendum eſſe, quod & ſequentes *d. leg.* §. ſatis oſtendunt. 17 *l.* 16. *ff. de fideicommiſſ. libert.* Paul. 4. *ſentent.* 3. §. 7.
18 Hoc abrogatum eſt *l.* 6. *C de fideicommiſſ. libert.* 19 Libertas æſtimari non poteſt. 20 *l.* 50. *ff. de fideicommiſſ. libert. & ff. de ademptione libertatis.*
21 Vid. *l.* 35. *ff. de regul. jur.*

22 Latini fiebant ex lege Junia *Novell.* 78. Latinorum conditio hodie abrogata. *l. un. C. de Lat. libert. toll.* 23 Jus commercii & teſtamenti. 24 §. 2. J. *eod.*
25 §. 3. *infr. eod.* 26 §. 4. *infr.* 27 §. 5. *infr.* 28 §. 6. *infr.*
29 Hodie qui manumittuntur, fiunt cives ipſa manumiſſione. *d. l. un.* 30 Hoc hodie ſublatum *Novell.* 78. *ubi loquitur de ætatibus.* 31 §. 4. *in fin. infr. eod.* dixi de ea re ad *l.* 220. *in fin. ff. de verb. ſign.* adde & illud Iſidori 9. *Etymol.* 8. Tres ob cauſas ducitur uxor. Prima eſt cauſa prolis. Græci quoque definiunt Matrimonium, conjunctionem viri & mulieris ſecundum leges ἐπὶ γνησίων τεκνῶν σπορᾷ. Et Menander apud Clementem παιδῶν σπόρῳ τῶν γνησίων δίδωμι σοί γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα. adde Valerium 7. *c.* 7. Tacitum 7. Annalium. 32 Ex matre, cive Romana, patre Latino, qui naſcitur, civis Romanus eſt: antea fiebat Latinus *arg.* §. 8. *in fin.* J. *tit.* 5. 33 §. 1. *ſupr. eodem. Nov.* 78. ubi de iteratione. Plin. 7. *epiſt.*
34 Latinus, ſi iterato manumiſſus fuiſſet, fiebat civis Romanus §. 1. *ſupr. eod.* 1. Cajus 1. §. 5. *in fin.* 35 §. 3. *ſupr. eod.* 36 Nocturni vigiles, militare cenſentur. dixi ad *l.* 8. §. 4. & 6. *ff. de excuſ. tut.* 37 Lata anno 763. rogante Viſellio Varrone. vid. *C. ad l. Viſelliam.* 38 Id eſt, poſtea. 39 Non eſt mirum privilegia dari navium ædificatoribus. Navis enim exercitio ad ſummam reipublicæ pertinet. *l.* 1. §. 20. *ff. de exercitoria act.* adde & aliud privilegium navis ædificatori datum ex *l.* 5. *l.* 6. *ff. qui potiores in pignore. Nov.* 97. *c.* 2. 40 Magna capacitas navis fuit. Senatoribus olim non licuit lege lata a Q. Claudio Tribuno plebis, navem maritimam majorem 300. amphorarum habere. Livius *libro* 21. qua de re dixi ad *l.* 3. *ff. de vacatione muner.* 41 Suetonius *in Claudio* 18. *in fin.* Naves mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda conſtituit. & *c.* 19. fœminis (quæ naves mercaturæ cauſa fabricarent,) jus tribuit quatuor liberorum. 42 Deſunt in hoc fragmento hæc capita. De ædificio, de piſtrino & de ea quæ ter enixa *arg.* §. 1. *ſupr. eod.*

43 Vid. *L.* 1. *Inſt.* 8. *L.* 1. *ff.* 6. Caj. 3. 44 Quaſi diceret, Non ſunt in alterius familia, ſui juris ſunt, *l.* 4. *ff. hoc tit.* puta morte parentum. tunc enim ſinguli liberi, ſingulas familias inchoant. jure ſaltem, etiamſi ſint pupilli *l.* 195. §. 2. *ff. de verb. ſign.* ac ſine matrimonio & liberis. Tertullianus *in libro de veland. virginib.* Materfamilias eſt, licet virgo: paterfamilias, licet inveſtis, novarumque familiarum principes atque duces eſſe poſſunt. Feſtus *in voce Familiæ:* Quod patresfamilias, quam domini familiæ potius appellantur, ratione non caret. Gratius eſt enim nomen patris, quam domini. Tertull. *in Apologet.* Seneca 6. *epiſt.* Macrob. 1. *Saturnal.* 11. Martial. 1. *Epigr.*
45 Ea familiæ ſuæ & caput & finis eſt. *l.* 195. *in fin. ff. de verb. ſignific.* 46 Ita dicuntur παρὰ τὴν σποράν, id eſt, a ſatione. *l.* 23. *ff. de ſtatu hom.* quaſi σποράδην ſeu ſparſim concepti: vel a literis Latinis S. P. quaſi ſine patre. Theoph. §. εἰ δὲ τὶς ἀπ' ἐναντίας. quam poſtremam originem probat Cajus 4. §. 8. *in fin.* & Martianus *l.* 25. *in fin. ff. de captivis.* Utramque originem aſſumit Tribonianus §. 12. *Inſt. de nupt.* dum vult ſpurios dici ἀπάτορας, & παρὰ τὴν σποράν. Feſtus nothum appellat ſpurio patre natum. Σπορίου υἱός a Plutarcho joculari dicto appellatur, quaſi matris filius. Muliebrem enim naturam veteres ſpurium vocarunt 9. Iſid. 5. σπορίον Plutarch. *in problem.*
47 *l.* 3. *ff. de his, qui ſui.* 48 Legitimum Cajus 4. §. 1. ſecundum præcepta legum *Inſt. de nupt.* 49 Id eſt, inter cives. Legitimæ enim nuptiæ ſunt, ſi Romanus Romanam ducat Cajus 4. §. 1. 50 Quid ſit connubium, vid. §. 3. 4. J.
51 Id eſt, pubes. Maſculus pubes eſſe debet, virgo viripotens. *Inſt. de nupt. l.* 13. *ff. de verb. ſign. l.* 101. *ff. de cond. & dem. l.* 30. *ff. quando dies legat. l.* 5. §. 2. *ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* nubilis ætatis, *l.* 10. *ff. de cond. & demon.* major ann. 12. *l.* 4. *ff. de ritu nuptiar.* ἐφηβ@- παρθένης. 2. *Ecl.* 2. 13. 52 Tria requiruntur in juſto matrimonio. Primum ut qui contrahunt ſint cives Rom. J. *cap. ibi*, *connubium:* ut ſint puberes J. *c. ibi*, *potens:* Tertio ut conſentiant, ſi ſint ſui juris: vel parentes eorum, ſi in poteſtate *ut hic:* & *l.* 2. *ff. de ritu nuptiar. Inſt. de nupt.* Quartum Cajus addidit, nuptias *d.* §. 1. quo vocabulo, ut opinor, ritum ſolennem intelligit. vid. *l.* 24. *C. de nupt.* 53 Quidam ſcribunt Conubium per unicum n. 54 Iſidor. 10. *Etym. ult.* addit æquales. eo ſenſu, Connubium eſſe, cum æquales nuptiis coëunt ut puta cives Rom. pari utrique dignitate. Idem receptum aliquando fuit ab Athenienſibus, apud quos lege Periclis pro notho habebatur qui natus non fuiſſet ex duobus Athenienſ. vid. Demoſth. *in orat.* κατὰ Νέαιρ. 55 Boëtius *in Topicis.* Non omnibus erat connubium cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contractæ, quæ non aut inter civem Romanum, civemque Romanam inibantur, aut cui princeps, populusve civitatem vel connubium permiſiſſet. eo ſcil. modo in poteſtatem parentum liberi rediguntur. Hæc ille. ſic Hernicis permiſſum, Anagninis ademptum connubium. Livius *lib.* 9. 56 Cum ancillis *l.* 3. *C. de inceſtis.* inter ſervos & liberos Paul. 2. *ſentent.* 19. §. 3. quid ergo? contubernium fuit. *l.* 14. §. 3. *ff. de ritu nuptiar.*
57 Eſt tamen inter ſervos cognatio, *Inſtit. de ſervili cognat. l.* 10. §. 5. *ff. de gradib.* & quidem talis, ut inter aſcendentes & deſcendentes impediantur nuptiæ. Servilis enim cognatio impedimento nuptiis eſt. §. 10. *Inſt. de nupt. l.* 8. *l.* 14. §. 2. *ff. de ritu nuptiar.* Eſt igitur connubium inter ſervos? Non eſt. Quoties connubium negamus eſſe inter ſervos, hoc intellige, Natos ex ejuſmodi conjunctione cives non eſſe, jureque civium non frui, nec eſſe in parentum ſuorum poteſtate, ſervos eſſe debet (ut in nuptiis *d.* §. 2.) non parcimus his nominibus: ut ita ſit cognatio etiam inter ſervos, *d.* §. 5. *l.* 14. §. 2. 3. *ff. de ritu nuptiar.* Sic conniventibus oculis ſervos dicimus habere bona propria, *l.* 4. §. 1. *ff. de manumiſſionib.* & quaſi teſtamenta facere. Plin. 8. *epiſt.* 16. Permitto ſervis quoque teſtamenta facere, eaque ut legitima cuſtodio. mandant, rogantque, quod viſum eſt, pareo ocyus, res ſuas dividunt, donant, relinquunt, duntaxat intra domum. Nam ſervis reſpublica quædam & quaſi civitas, domus eſt. 58 *l.* 17. *C. de nuptiis.*
59 Cujacius legit quarto. 60 Locus eſt corruptus, quem ita Cujacius reſtituit, ſed tamen fratris aut ſororis filiam, neptemque eorum, quamvis eodem gradu ſit: amitam vel materteram, eamque uxorem, quæ noverca vel privigna, vel nurus vel ſocrus noſtra fuit, ducere non poſſumus. Hæc ille. Fratris vel ſororis neptem (& ſic deinceps) duci non poſſe conſtat, etiamſi quarto gradu. Multo minus filiam fratris, quæ eſt tertio gradu. Cajus 4. §. 3. Quid amitini, vel conſobrini inter ſe? jure veteri, hæ perſonæ jungi inter ſe non potuerunt. Cajus 4. §. 6. Poſſunt hodie, novis conſtitutionibus. §. 4. *Inſt. de nupt. l.* 19. *C. de nupt.* 61 Inceſti appellatio hic latiſſime extenditur. vid. *C. de inceſtis.* 62 Ut vulgo concepti ſpurii dicuntur. *tit.* 4. §. 2. J. ita ex inceſtis nuptiis nati. 63 Quod quid eſſet, dictum eſt §. 3 & 4. J. *eod.* 64 Id eſt, patris conditionem. 65 Natus patre & matre civibus Romanis, civis eſt, *ut hic:* peregrino & cive Romana, vel ex cive Romano & peregrina, peregrinus eſt, id eſt, non eſt civis, *ut hic*, niſi per errorem nuptiæ contractæ doceantur. *tit.* 17. §. 4. J. *eod.* ex cive & Latina, Latinus fiebat lege Menſia §. 9. J. Adriani conſtitutione civis. *tit.* 3. §. 3. *in fin.* J. *eod.* ex libero & ancilla, ſervus eſt *d.* §. 9. natus vulgo, matrem ſequitur *l.* 1. *in fin. ff. ad municipalem.* ut & is, qui illegitimo matrimonio, niſi lex ſpecialis aliud inducat *l.* 24. *ff. de ſtatu hom.* Eſt hoc obſervandum, quod interpretes notant, Baſtardos patrum ſuorum nobilitate, eorumque privilegiis frui, ſed & nomine & inſignibus gentis & familiæ. Guido Papæ *q.* 580. Papon. 3. *Notar.* 6. *c. de legitimation de baſtards:* eoſque adipiſcendarum quoque dignitatum capaces. *l.* 3. §. 2. *ff. de decurion.* Ex duobus ingenuis natus patrem ſequitur, quod ad honores. *l.* 19. *ff. de ſtatu hom.* Ideoque natus ex patre Campano municeps erit Campanus. quæ regula vera eſt, niſi privilegio aliquo materna origine cenſeantur liberi. Tunc enim liberi maternæ originis municipes erunt, exempli gratia: Ilienſibus conceſſum eſt, ut qui matre Ilienſi eſſet, Ilienſium municipium ſortiretur. *l.* 1. §. 2. *ff. ad municipalem* Idem Delphenſibus & Ponticis mulieribus tributum. *d.* §. 2. & Antiochenis *l.* 22. *C. de decurionibus.* In Campania Galliæ, natus ex nobili muliere & ignobili patre fit nobilis, eo ſcilicet privilegio. *En Champaigne le ventre ennoblit.* dixi ad *l.* 1. *in fin. ff. ad municipalem.* Ex duobus diverſorum dominorum adſcriptitiis natus impar, matris: par vero, patris conditionem ſequitur. *Novell.* 156. Ex libera & ſervo vel adſcriptitio, olim fiebat ſervus vel adſcriptitius. *l.* 27. *ff. depoſiti:* quod merito ſublatum *l. un. C. de Senatuſconſ. Claud.* Ex ingenua & murilegula, conditionem paternam ſequitur. *l.* 3. *C. de murilegulis.* Adde & hoc in gratiam noſtræ gentis hominum, Natum in Gallia ex peregrino & Galla muliere, Gallici juris cenſeri, patri ſuccedere, & ab inteſtato & teſtato, fiſco nullum jus albinagii competere, hereditatem paternam ad liberos ejus in infinitum & cognatos in eadem Gallia commorantes, deferri: quod eſt contra jus civile, quo peregrini ſine beneficio principali teſtari non poterant. *l.* 11. *ff. qui teſtam. l.* 31. 32. *ff. de jure fiſci:* vide Papon. 3. *Notar.* 6. *c. des lettres de Naturalité.* Idem jus eſſe puto: ſi Galli apud peregrinas gentes morentur, ibique liberos ſuſcipiant, fruentur enim ejus liberi jure Gallico, ſi tamen apud fœderatos Galliæ populos eos ſuſceperint. *l.* 32. *ff. de jure fiſci: l.* 7. *ff. de captivis:* ideoque nedum hereditatis paternæ dominium retinebunt, *d. l.* 7. ſed & heredes poterunt inſtitui. *d. l.* 32. *in fin.*

§. 9. Ex

§. 9. Ex [1] cive Romano & Latino Latinus naſcitur, & ex libero & ancilla, ſervus: quoniam cum his caſibus connubia non ſint, partus ſequitur matrem. §. 10. In his qui jure contracto matrimonio naſcuntur, conceptionis [2] tempus ſpectatur. in his autem qui non legitime concipiuntur, editionis: veluti ſi ancilla conceperit, deinde manumiſſa pariat, liberum parit. Nam quamvis non legitime conceperit, cum editionis tempore libera ſit, partus quoque liber eſt.

TIT. VI.
DE DOTIBUS [3].

§. 1. DOs aut datur aut dicitur [4], aut promittitur [5]. §. 2. Dotem dicere [6] poteſt mulier [7], quæ nuptura eſt. & debitor mulieris, ſi juſſu ejus dicat inſtitutus [8]: parens mulieris virilis ſexus per virilem ſexum cognatione junctus, velut pater, avus paternus. Dare, promittere dotem omnes [9] poſſunt.

§. 3. Dos aut profectitia dicitur, id eſt, quam [10] pater mulieris dedit [11]: aut adventitia, id eſt, quæ a quovis alio [12] data eſt.

§. 4. Mortua in matrimonio muliere, dos a patre profecta, ad [13] patrem revertitur, quintis [14] in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum. Quod ſi pater non ſit, apud maritum remanet.

§. 5. Adventitia [15] autem dos ſemper [16] penes maritum remanet, præterquam ſi is qui dedit, ut ſibi redderetur, ſtipulatus fuit: quæ dos ſpecialiter receptitia [17] dicitur. §. 6. Divortio facto, ſi quidem ſui juris ſit mulier, ipſa habet actionem, id eſt, dotis repetitionem: quod ſi [18] in poteſtate patris ſit, pater adjuncta filiæ perſona habet actionem revera [19]. Nec [20] intereſt adventitia ſit dos, an profectitia. §. 7. Poſt divortium defuncta muliere, heredi [21] ejus actio non aliter datur, quam ſi moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit. §. 8. Dos ſi pondere, numero, menſura contineatur, annua, bima, trima die reddetur [22]: niſi ſi, ut præſens reddatur, convenerit. Reliquæ dotes ſtatim redduntur. §. 9. Retentiones ex dote fiunt [23] aut propter liberos [24], aut propter mores [25], aut propter impenſas [26], aut propter res donatas [27], aut propter res amotas [28]. §. 10. Propter liberos retentio fit [29], ſi culpa mulieris aut patris cujus in poteſtate eſt, divortium factum ſit. Tunc enim ſingulorum liberorum nomine ſextæ [30] retinentur ex dote: non plures quam tres ſextæ [31] in retentione [32] ſunt, non in petitione. §. 11. Dos quæ ſemel functa eſt [33], amplius fungi non poteſt, niſi aliud matrimonium ſit [34]. §. 12. Morum nomine, graviorum quidem ſexta [35] retinentur: leviorum item octava [36]. Graviores mores [37] ſunt, adulteria [38] tantum: leviores, omnes reliqui. §. 13. Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote quæ a [39] die reddi debet. Ita propter majores mores [40] præſentem [41] dotem reddit: propter minores [42] ſenum menſum die. In ea autem quæ præſens reddi ſolet, tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur: quod repræſentatio [43] facit.

§. 14. Impenſarum ſpecies ſunt tres [44]: aut enim neceſſariæ [45] dicuntur, aut utiles [46], aut voluptuoſæ [47]. §. 15. Neceſſariæ ſunt impenſæ, quibus non factis dos [48] deterior [49] futura eſt: veluti ſi quis ruinoſas [50] ædes refecerit. §. 16. Utiles ſunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit: factis autem fructuoſior [51] dos effecta eſt: veluti ſi vineta & oliveta fecerit. §. 17. Voluptuoſæ [52] ſunt, quibus neque omiſſis deterior dos fieret: neque factis, fructuoſior effecta eſt: quod evenit in viridariis [53], & picturiis [54] ſimilibusque [55] rebus.

TIT. VII.
DE JURE DONATIONUM INTER [56] VIRUM ET UXOREM.

§. 1. INter [57] virum & uxorem donatio non [58] valet, niſi [59] certis ex cauſſis: mortis [60] cauſſa, divortii [61] cauſſa, ſervi manumittendi [62] gratia. Hoc amplius principalibus [63] conſtitutionibus conceſſum eſt mulieri, in hoc donare viro ſuo, ut is ab Imperatore, lato clavo [64], vel equo [65] publico, ſimilive [66] honore [67] honoretur. §. 2. Si maritus divortii cauſſa res moverit, rerum quoque amotarum actione tenebitur [68]. §. 3. Si maritus pro muliere ſe obligaverit [69]: vel in rem ejus impenderit [70]: divortio facto, eo nomine cavere [71] ſibi ſolet ſtipulatione tribunitia [72].

§. 4. In poteſtate parentum ſunt etiam ii liberi quorum cauſſa probata eſt, per errorem contracto matrimonio inter diſpares [73] conditionis perſonas. Nam ſeu civis Romanus Latinam, aut peregrinam [74], vel eam, quæ Dedititiorum numero eſt quaſi per ignorantiam [75] uxorem duxerit: ſive civis Romana per errorem peregrino, vel ei qui Dedititiorum numero eſt, aut etiam ſi Latino ex lege Ælia [76] Sentia nupta fuerit, cauſſa probata, civitas redditur tam liberis quam parentibus, præter eos qui Dedititiorum numero ſunt, & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi.

TIT. VIII.
DE ADOPTIONIBUS [77].

§. 1. NOn [78] tantum naturales liberi in poteſtate parentum ſunt, ſed etiam adoptivi. §. 2. Adoptio fit aut per populum [79], aut per Prætorem [80], vel Præſidem [81] provinciæ. Illa adoptio quæ per populum fit, ſpecialiter arrogatio dicitur [82]. §. 3. Per populum [83], qui ſui [84] juris ſunt [85]. Per Prætorem [86] autem, filii familiæ [87] a parentibus dantur in adoptionem.

§. 4. Arrogatio Romæ [88] tantum fit: adoptio autem, etiam [89] in provincia apud Præſidem. §. 5. Per Prætorem vel Præſidem provinciæ adoptari tam maſculi quam fœminæ, & tam puberes quam impuberes poſſunt. Per populum vero Romanum, fœminæ quidem non arrogant [90]. Pupilli [91] antea quidem non [92] poterant arrogari: nunc autem poſſunt ex conſtitutione Divi Antonini. §. 6. Hi

1 Dixi §. 8. *ſupr. eod.* 2 Mulier quæ libera vel concepit, vel utero libera partum geſtavit, vel libera peperit, liberum parit. vel ita, Cujus mater libera fuerit vel conceptionis vel partus vel intermedio tempore, liber naſcitur. *l.* 5. §. 2. *ff. de ſtatu hom.* Paul. 2. *ſent.* 24. §. 1. 2. 3. Cenſetur autem libera, quæ manumitti debuit, nec eſt manumiſſa. *l.* 1. §. 1. *ff. de ſuis & legit. hered.* Paul. *ibid.* §. 4. Ad eundem modum conceptus ex concubinatu, natus in matrimonio, fit legitimus *Novell.* 7. Tentari poteſt, eum eſſe civem Romanum, qui patre cive conceptus eſt, licet patre poſtea peregrino naſcatur: & nobilem, qui tempore conceptionis, patrem nobilem habuerit, quantumvis poſtea pater nobilitatem amiſerit.

3 2. Paul. 21. 3. *C. Theod.* 13. & 5. *C.* 11. *de dotis promiſſione.* 4 Vid. §. 2. *in princip.* J. *eod.* 2. Cajus 9. §. 4. 5 Vid. *d.* §. 2. *in fin.* aut datur *l.* 2. *C. Theod. de inceſtis.* 6 Dotis dictio *l.* 3. *C. Theod. eodem.* ſolenniter fiebat *d. l.* 2. id eſt, ſolennibus verbis. Hodie qualiacunque verba ſufficiunt *l.* 6. *C. de dotis promiſſ.* Doti dicere veteres dicebant, cujus forte loco Tribonianus hanc formulam uſurpavit, Doti promittere. vid. *l.* 79. *ff. de jure dot.* 7 Tres perſonæ tantum poterant doti dicere; 2. Cajus 9. §. 4. mulier nuptura, *ut hic*, procurator ſpecialis. J. *eod.* parens nupturæ. J. *eod.* Dotem vero promittere poterant omnes, cujuſcumque ſexus & conditionis. *l.* 41. *ff. de jure dot.*
8 Id eſt, conſtitutus. 9 *d. l.* 41. 10 *l.* 5. *ff. de jure dot.* 11 Per ſe vel per alium. *d. l.* 5. §. 1. & breviter non jus poteſtatis, ſed parentum nomen dotem profectitiam facit. *d. l.* 5. §. 1. 12 *d. l.* 5. §. 9. etiam matre. *d.* §. 9. 13 Nobilis eſt quæſtio, & a multis agitata. Ad quem dos profectitia (de adventitia dicam §. 5. J.) mortua muliere revertatur. Paucis ita definio, dotem profectitiam morte mulieris ad ejus patrem reverti, *ut hic:* & *l.* 17. *ff. de SC. Macedon. l.* 5. §. 13. *ff. de jure dotium.* ſive filiafamilias fuit. *l.* 4. *C. ſoluto:* ſive materfamilias ut Theodorus Græcus interpres adnotavit ad *d. l.* 4. Hic difficiles occurrunt quæſtiones. Quid ſi non morte ſed divortio matrimonium diſſolvatur? ſi filiafamilias ſit, ad patrem revertitur: ad eam tamen recuperandam ſine conſenſu filiæ agere non poteſt. *l.* 34. *ff. ſoluto: l.* 14. *ff. ad l. Falcid. l.* 34. §. 6. *ff. de ſolutionib. l.* 2. *l.* 7. *in fin. C. hoc tit.* Si emancipata, uno caſu ad patrem revertitur. *l.* 7. *ff. de evictionib.* puta ſi ideo filia divertit ut maritum lucro dotis afficeret, patrem defraudaret. *l.* 5. *ff. de divort. l.* 59. *ff. ſoluto:* Quid ſi capta ab hoſtibus? perinde dicendum eſt ac ſi nupta deceſſiſſet. Ideoque dos ad patrem revertitur. *l.* 10. *ff. ſoluto.* Quid ſi mortua liberos reliquit? Bulgarus dotem ad patrem filiæ reverti exiſtimat. Martinus contra: cujus opinio communi interpretum ſententia defenſa eſt. Accurſ. *ad l.* 4. *C. ſoluto.* Num ex jure Romano? jure veteri non puto. hic enim dos profectitia ad patrem filiæ revertitur, quintis in ſingulos liberos relictis penes virum: ſi pater non ſit, apud maritum remanet. adde *l.* 6. *ff. de jure dot.* 9. *Eclog.* 1. *c.* 3. Scio tamen ſubtiliter quædam dici in contrariam ſententiam poſſe, quale eſt illud, Dotis repetitionem patri competere, mortua in matrimonio puella. *l.* 17. *ff. de SC. Macedon.* ergo, a contrario, ſi non puella, id eſt, non virgo, mortua, ſed mater relictis liberis, dos ad ejus patrem non revertetur. Ad hæc, Innui poteſt ex *l. ult.* §. 1. *ff. ut legator.* vel unius filii ſuperſtitis nomine dotem apud maritum remanere, non ad patrem reverti. Colligunt etiam nonnulli ex *l.* 26. §. 2. *ff. de pactis dotalib.* dotem pertinuiſſe prius ad liberos defuncti: ab his, ad maritum: niſi maritus ſuo juri in favorem patris defunctæ expreſſe renuntiaſſet. Sed præſtat Martini opinionem defendere liberorum favore, eoque magis, quod uſu ſit recepta, Accurſ. *ad l.* 4. *C. ſolut.* Bald. *ad l. poſt dotem* 40. *ff. ſoluto:* Ferrarienſ. *in forma libelli, qua uxor agit ad dotem* 33. *in verbo dicta dominæ num.* 1. adde Antonium Fabrum 1. *conjectur.* 16. 14 Nota de quintæ retentione. Sextæ retentionis fit mentio in §. 10. J. utraque abrogata *l. un.* §. 5. *verſ. Sileat ob liberos retentio. C. de rei ux. act.*
15 Adventitia dos ea eſt, quæ ab alio quam parente conſtituitur. *l.* 1. §. 13. *verſ. extraneum. C. de rei uxor. act.* 16 Id eſt, ſive ſint liberi, ſive non ſint. 17 Dixi *l.* 31. §. 2. *ff. de mort. cauſ. donat.* 18 *l.* 2. §. 1. *ff. ſoluto.* 19 Actionem rei uxoriæ. ita emendat *Cujac.* 20 Imo intereſt. *d.* §. 1. 21 *l.* 57. *ff. ſoluto.*
22 Hic paragraphus abrogatur. Nam hodie res mobiles, ſe moventes, incorporales dotales, intra annum redduntur: res ſoli, illico, *l. un.* §. 7. *verſ. exactio autem dotis. C. de rei ux. act.* 23 Hic paragraphus abrogatus eſt *l. un. C. de rei ux. act.* §. 5.
24 *d.* §. 5. *verſ. ſileat ob liberos retentio.* 25 *d.* §. 5. *verſ. quid enim opus eſt inducere ob mores retentionem.* 26 *d.* §. 5. *verſ. ſed nec ob impenſas.* 27 *d.* §. 5. *verſ. vel ex qua cauſa ob res donatas:* adde *l.* 1. §. 3. *ff. de dote prælegata.* 28 *d.* §. 5. *verſ. ſed nec retentio ob res amotas.* 29 Hodie non fit *d.* §. 5. *verſ. ſileat ob liberos retentio.*
30 Nota de ſextæ retentione. Retentionis quintæ fit mentio §. 4. *ſupr. eod.* utræque retentiones abrogatæ ſunt *d.* §. 5. *verſ. ſileat ob liberos.* 31 Id eſt, non plus dimidia. nam ſex ſextæ faciunt integrum. 32 An compenſationes dotis cauſa, ſint ſublatæ, dicam alibi. 33 Id eſt, quæ ſemel dos eſſe deſiit. 34 Id eſt, niſi matrimonium ſit redintegratum. Redintegrato matrimonio, dos tacite redintegratur. *l.* 64. *ff. de jure dot. l.* 19. *ff. ſoluto.* Tacite, inquam, quia ſemper hoc agi intelligitur, niſi aliud convenerit. *l.* 30. *ff. de jure dot.* id eſt, niſi dos ſit receptitia. *l.* 42. *in fin. ff. ſoluto.* Porro, non dicitur redintegrari matrimonium, ſi poſt leve jurgium uxor rediit. Eſt enim aliud leve fribuſculum, aliud divortium. *l.* 31. *ff. de jure dot. l.* 32. §. 11. 12. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Si divortium non fuit, redintegrari non potuit. Vix eſt enim ut id redintegratum dicamus, quod diſſolutum non fuit.
35 Sextæ. *Cujac.* 36 Octavæ. *Cujac.* 37 Adde *l.* 39. *l.* 47. *ff. ſoluto.*
38 An pars aliqua bonorum adulteræ, ejus marito hodie cedat, dixi ad *Novell.* 117. *cap.* 13. & *ad Novell.* 134. *c.* 10. 39 Quæ annua, bima, trima die &c. Cujac. *hic.* Idem tamen 7. *obſ.* 20. legit, annua: & hac unica voce Juriſconſultum affectaſſe compendium orationis, ut in *l.* 30. §. 2. *ff. de legatis* 1. *ibi: annua die dabuntur. l.* 1. §. 2. *ff. de dote prælegata*, *ibi: annua die dos præſtaretur.* Suetonius *in Auguſto ſub finem*, quibus ſolvendis annuum diem finiit, Dies annuus tres penſiones. 40 Id eſt, propter adulterium, §. 12. *ſupr. eod.* 41 Id eſt, illico. 42 Quam adulterii ſcil. 43 Cujus magnum eſt commodum *l.* 1. §. 2. *ff. de dote præleg.*
44 *l.* 1. *ff. de impenſis.* 45 §. 15. *infr. eod.* 46 §. 16. *infr. eodem.*
47 §. 17. *infr.* 48 Aut res quælibet *l.* 79. *ff. de verb. ſign.* 49 Id eſt, quibus non factis dos minueretur. *l.* 14. *ff. de impenſis.* 50 Ædificium ruens. Vid. *d. l.* 1. §. 3. *l.* 4. *ff. de impenſis.* 51 Melior *d. l.* 79. §. 1. *l.* 5. *in fin. ff. de impenſis.* 52 Ita appellantur *in l.* 14. §. 2. *ff. de impenſis.* voluptuariæ *l.* 7. §. 9. 10. 11. *ff. de impenſis.* ἐπιτέρπεις 2. *Eclog. tit.* 2. *c.* 79.
53 Viridiaria, viridia, viridaria, χλοηφόρα γήδια, dixi ad *l.* 79. *in fin. ff. de verb. ſign.* 54 Picturis picturæ *d. l.* 79. *in fin.* ἐπιζωγραφίαι *Eclog. d. loco.* Cujacius emendat, tectoriis 6. *obſ.* 37. 55 Vid. *d. l.* 79. *in fin.*

56 Vid. *L.* 24. *ff.* 1. Paul. 2. *ſent.* 23. 57 Nota regulam. 58 Ne mutuo amore ſpolientur. Vid. *l.* 1. *in fin. l.* 2. *l.* 3. *in pr.* & §. 10. *ff. h. t.*
59 Exceptio regulæ ſuperioris. 60 Id eſt, cum mors inſequetur. *l.* 9. §. 2. *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* Mortis cauſa donatio fit impendente metu mortis. Mors impendet quidem omnibus, eaque ſemper certa eſt, etiamſi incertum diem habeat *l.* 68. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 1. §. 2. *ff. de condit. & demonſt.* Metum tamen hic, inſtantem intellige *l.* 6. *ff. de mort. cauſ. donat.* Inſtat autem non tantum infirmo, ſed peregrinaturo, navigaturo, militi. Paul. 2. *ſentent.* 24. §. 1. iter facturo per inſidioſa loca, ſeni *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *ff. de mort. cauſ. donat.* Id genus donationis morte donatoris convaleſcit. Paul. *d. loco* §. *ult.* Morte donatarii, res redit ad eum qui donavit. Paul. *d. loco* §. 5. Eſt autem hoc genus donationis permiſſum, quia in id tempus excurrit, quo qui donat & cui donatum eſt, vir & uxor eſſe deſinunt. *l.* 10. *ff. eod.* adde *l.* 22. *C. de donat. int. vir.*
61 Vid. *l.* 60. *in fin. l.* 61. *ff. eod.* 62 Cur ita? Favore libertatis id receptum eſt, vel potius, quod nemo hujuſmodi re donata fiat locupletior. Paul. *d. loco* §. 2. adde *l.* 7. §. 8. §. *ult. l.* 8. *l.* 9. *ff. h. t.* 63 Id eſt, conſtitutione Antonini. *l.* 41. & 42. *ff. h. t.* 64 *d. l.* 42. 65 Id eſt, ut equeſtris conditionis fieret. *d. l.* 42.
66 Idem dicendum eſt de rebus donatis ſepulturæ cauſa. *l.* 5. §. 8. 9. 10. 11. *ff. eod.* ad oblationem Dei. *d. l.* 5. §. 12. ad proceſſus. *d. l.* 41. 67 *d. l.* 41. 42. *l.* 45. *ff. de negotiis geſtis. l.* 11. *ff. de muneribus.* 68 Actio rerum amotarum datur etiam in maritum. *l.* 6. §. 2. *ff. de act. rer. amot.* 69 Vid. *l.* 2. *ff. de negotiis geſtis. l.* 28. *ff. ſoluto.* 70 *l.* 7. *in fin. ff. ſoluto:* & *tit. ff. de impenſis.* 71 *l.* 25. *in fin. l.* 55. *ff. ſoluto.* 72 Stipulatio Tribunitia quæ ex Juriſdictione Tribunorum venit: ut Prætoria, a Prætore: ædilitia ab ædilibus. 73 Diſparis conditionis. *Cujacius.*
74 Dixi ad *tit.* 5. §. 8. *ſupr. eod.* 75 Ignorantia, errorem in nuptiis commiſſum excuſat, facit *l.* 57. §. 1. *ff. de ritu nuptiar. l.* 22. *in fin. ff. ſoluto. Novell.* 12. *c.* 1. *in fin.*
76 Adde *tit.* 3. §. 3. *ſupr. eod.*

77 Vid. *L.* 1. *ff.* 7. 78 Vid. *L.* 1. *ff. eod.* 8. *C.* 48. *Inſtit. eod. in princip.* 1. Cajum 5. 79 Vid. §. 3. J. *eod.* 80 Vid. §. 4. & 5. J. *eod.*
81 *d.* §. 4. & 5. J. *eod.* 82 *l.* 2. *ff. eod.* §. 1. *Inſt. eod.* 83 §. 2. *ſupr. eod.* §. 5. *infr. eod. l.* 2. *in fin. C. eod.* 84 *l.* 1. *in fin. ff. eod. d.* §. 1. *Inſt.* J. *eod.*
85 Hodie ex indulgentia principis. *d. l.* 1. 86 §. 2. *ſupr. eod.* id eſt, magiſtratus imperio. *l.* 2. *ff. eod.* §. 1. *Inſt. eod.* 87 Id eſt, qui ſui juris non ſunt, ſed in poteſtate patris poſiti. *d. l.* 2. *verſ. imperio.* & breviter, Qui patrem habebat, adoptabatur, qui non habebat, adrogabatur. 1. Cajus 5. §. 2. 88 Quia fiebat apud populum. Nullibi autem populus Romanus extra Romam quærendus erat. Fiebatque Romæ curiatis comitiis. 5. Gell. 19. 89 Quia in provinciis erant præſides. 90 Nec arrogantur. ita legendum eſt ex 5. Gell. 19. Cauſa illa erat, quod nulla cum fœminis comitiorum communio eſſet. Fiebat autem adrogatio in comitiis. Gell. *d. loco.* & tamen principis reſcripto adrogari poſſunt. *l.* 21. *ff. eod.* 91 *l.* 17. *l.* 18. *l.* 20. §. 1. *ff. eod.* 92 Quia tutoribus in pupillos tantam eſſe autoritatem fas non erat, ut caput liberorum fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubjicerent. 20. Gell. 19.

qui